R.A/02-034

Adnotationes

in plantas serbicas Anni 1863.

<u>Hieracium</u> spec. nova ? Sect. Aurellae Fries Stirp. Glauci Fr. Omnib. magis foliorum. Natura rosulae rad. accrescentia Sect. Accipitrinorum mentiens ac inter Glauca H. rigidum Hartm. repetens; hinc characteribus, meo sensu, ab omnibus diversum. Squamae anthodiales atrovirides dorso stellipilae ac pilis <u>glandulas cereas</u> gerentibus sparsim obsitae, margine pallidiori glabro, apice obtusiuscule barbellatae; styli fusco-virides, flores laete flavi. Caulis adscendens aut strictus basi pilis ejus diametro sublongioribus obsitus, a medio glabriusculus; folia caulina sensim decrescentia acuminata; rami ac pedunculi stellipili ac glandipili.

Confer H. Kotschyanum Heuff Walpers Repert V pag 332 quod tamen Accipitrinis adnumeratum nec glaucum, nec stellipile, nec glandipile dicitur.

Dixeram acuminatum; donec edoctus non fuerim Jordanum hoc nomen alteri plantae jam dudum adscripsisse.

Habitat in pratis alpestribus M. Rsovati Kamen ac Ivanova livada x 2000 – 3000' alt. substr. gneissico ac micaschistaceo. Flor ~~Jul.~~ Aug.

x C. Knjaževacens. x

Centaurea salonitana Vis. Mihi videtur quidquam diversa a planta quam pridem e glareosis arenaceis ad Trnava Serb. merid. lectis communicatis. Achenorum marginalium qui in mea planta aeque ac in tua salonitana linear cylindrica sunt ac loco pappi mollem comam gerunt nullibi mentionem reperi.

Centaurea collina Panc Enum vix L. Cum genuinam C. collinam a botanicis gallicis nec C. orientalem a rossicis impetrare potuissem species has cognatas intelligere non valeo. Hoc mea collina erit fors genuina orientalis, altera vero orientalis Panc ex arenosis ad Kladova et vineis ad Nego tin species erit facile nova cui nomen specificum a squamis anthodii peculiaribus bullatis depromendum fo. et. C. rumelica pro qua brevi tempore meam orientalem credebam est jam descriptione perenni diversa. Vid. Boissier fl. Or. II No III p 78.

Centaurea derventana nov. spec. Sect. Psephellus. C. lysophylla qui C. Marschalliana Spr ac C. integrifolia C. A. Mey. proxima a primis differt: foliis rad. non divisis et capitulis inter folia bracteiformia sessilib ac squamis omnibus fimbriatis nec exterioribus, ut in C. Marschalliana, lanceolatis integerrimis patentibus; ab integrifolia foliis mediis lyratis, caulibus pleio cephalis ac indumento.

Radix multiceps, caules in orbem diffusi a medio adscendentes ~~a medio~~ in ramos monocephalos (cultura pleiocephalos) divisi.

× C. Užicens. ×

Habitat in supestrib. calcareis prorupti passus Derventa× (Serb. occid.) flor. Jun

Si nomen speciei geographicum non placet dicas plantam, si ut novam recognoveris, C. barbareaefoliam cum revera folia barbareo vulgari repetat.

Centaurea nova spec ? Valde quidem congruit cum descriptione C. corymbosa Pour. in Gren et Godr. flore de France II pg 253 sed est diversa habitu graciliore, capitulis minorib., florib. non radiantibus, pilis filamentorum longioribus ab antheris spatio conspicuo remotis, achenii minorib., hylo acheniorum mediocri (rhombeo nec parvo orbiculari. De copioso tomento araneoso in novella praesertim radicali nullibi mentio fit.

Statura, capitulorum ac acheniorum magnitudine, filamentis densé ac longiuscule pilosulis, ac alulis hyalinis ad basim appendicum, proxime accedit ad C. dissectam Ten. sed differt (comparata cum exemplaribus graecis e manu Cl de Heldreich): foliis multo tenuius sectis pappo achenio longiore

Serbica	achenium	3½ m m l.	pappus	⅓ m m l.
dissecta	—	3⅓ —	—	½ —

umbilico achenii rhombeo, excisura videlicet ad basim profunda angusta ad latera vero sinub. rotundatis indistincto

A maculosa et tenuisecta differt praeter pappum longiorem antheris basi truncatis nec sagittatis.

Habitat in prorupti calcareis M. Vukan×× (S. centr). Floret. Julio.

Achillea macrophylloides nov. spec. ? Proxima A. macrophyllae, sed ob anthodia oblonga ac ligulas radii antho.

×× C. Požarevacens. ××

dio breviores ad Sect. Millefolii amandanda. Statura est planta nostra depressior ac omnes ejus partes nonnihil reductæ, achenia 1,5 mm l (A. macrophyllæ L ad exemplaria habenda 2,5 mm l) apice longiore alula prædita.

Præter caules flores ac fructus proferentes adsunt in nostra planta sæpe caules lignescentes magis minusve elongati apice rosula foliorum terminati (eminus visi fruticulum sorti mentuntur) e quibus probabiliter emergent Anno proximo caules florentes.

Habitat in Serb. austr. (Tyrse, distr. Sanosi M. Vrška Čuka)x et Golema glama circa 2000' alti substr. calcar. et in consimilibus locis M. Rsovati Kamen, Vetren, Ivanova livada)xx circa 2500–3000' alti substr. gneiss. et micaschistaceo copiosa!

Floret in demissioribus Junio in elatioribus Julio ad medium Aug.

Occidentali A. macrophyllæ L erit nostra forma in orientalibus Europæ plagis species vicaria!

Hieracium vulgatum Fries. Proximum quidem hujus varietati γ) rosulato Gris. sed foliis copiosioribus, majoribus ac floribus intensius flavis quodammodo diversum!

Carex brevicollis DC. Conferas cum exemplaribus gallicis si prostant. Planta mihi pridem nonnihil dubia ob achenia ovati trigona basi apiceque æqualiter contracta ac totam hujus herbæ virorem quem Gren & Godr flore de France III pag 417 pallentem dicit. Crescit ingenti copia inter virgulta

---

x C. Crnarekens. x) xx C. Knjaževacens. xx

12.A/02-035

Syringa vulgari ac Carpini orientali passim montes integros (calcareos) maximus suis cespitibus obducens. Monticoli nostri planta invia quod, pecus copiam, pecudes parcere respuant ac si ad id fame compellantur, plerumque abortum aut sterilescunt — inde nomen vernaculum Jalovak quod idem ac sterilificans. Soli culmi floridi ac fructiferi possunt absque noxa absumi.

Ranunculus bulbosus L. Forma depressa in glareosis M. Vukan 2000' alti cum Taraxaco caucasico crescens mihi primo obtutu diversa visa ob indumentum ac folia sed ob statum juvenilem non facile dijudicanda.

Senecio Symphrestensis Boiss & Heldr.× Duratio vix non biennis, capitula sub anthesi nutantia, ligulis latiores expansae. Cultura docebit num a specie Boissieriana mea planta diversa.

Allium vaginatum spec. nova? Bulbo ovato conico tunicis fuscis reticulatis; scapo tecti ad duas tertias nonnunquam ad umbellam usque vaginato; foliis (facetis) semicylindricis angulatis, tumoris punctis [illegible] albidis undique asperis (teretis) ad angulos cum vaginis pilis compressis reflexive patentibus dense obsitis; spatha membranacea univalvis a basi lata vaginante lineari acuminata umbellam 3–13 floram sublonga; pedicellis inaequalibus sub anthesi arcuato pendulis tandem strictis; perigonii ad tertiam partem connatis phyllis pallide lilacinis carina fusco viridibus externis oblongis, internis linearis oblongis paulo longioribus; staminibus ad tertiam partem perigonio adnatis ac inter se connatis; filamentis parte libera subulatis alternis basi latioribus perigonium subaequantibus; antheris flavis; stylo stamina

× Boissier Plant. Orient. Ser II No 6 pag 99×

subaequante, stigmate capitellato; capsula obovato trigona breviter stipitata perigonio arido tertia parte breviore, stylo ea bis breviore coronata; carpellis ad certam ultra medium profundo sulco exaratis; seminibus in loculo binis oblongo triquetris, atris, nitidis. — Folia ob pubem glauco-canescentia supra canaliculata, canaliculo glabriuscula, tuberculis [illegible] pilorum brevissimorum medium asperis (marginibus [illegible] utroque ad angulos dense ciliatis.

Junior Ex affinibus proximum A. callidictyon C. A. Mey. differt ~~caule~~ scapo inferne foliato, spatha bivalvi, phyllis perigonii exterioribus oblongis obtusiusculis, interioribus latioribus subbrevioribus (in nostra planta contrarium) et filamentis inter se liberis.

A. angustum Don (quantum ex nimis pressa diagnosi colligi potest) differt umbella globosa confesta.

A. Cupani Ref = A. hirtico Boiss differt floribus brevioribus 5,5mm l. (nostri perigonia 8mm l) capsula rotundato trigona stylo brevissimo coronata, foliis glabris penes bulbum sat conspicuis ac statura graciliore.

A. callimischon Lk = A Bovyano Kunth floribus simile ob tunicas bulbi nigras in fibras non solutas longius distat.

Habitat in declivitate orientali M. Leskovik C. A. lektsinacens. ad 1500' alt subtrat. calcareo, copiosissimum!

Floret Augusto.

Phyteuma virgatum W. Recentiores relegant speciem Willdenovianam ut synonymon ad Ph. limonifolium cui mea planta jam ob stationem (rupes aegre accessibiles) repugnat cum Ph. limonifolium sana prodiligat quidem sed inter ea etiam in terra humosa occurrat ac potissimum sit simplex aut alterutro ramo stipatum nec copiosis gracilibus virgis, ut nostrum, gaudeat. Ob statum tamen plantae defloratum accuratius plantae dijudicare

non potest, poterit spero in futurum si mihi cultura contigerit.

Gypsophila compressa Desf. Est nimium G. illyrica, quam ex Vrănička banja S. merid. pan A 1856 communicatam habeo affinis, caules sunt tamen a medio compressi, quales adjudicantur speciei Desfontainsiana.

Sempervivum Heuffeli Schott. Statura quidem huic speciei proximum, sed ob substratum, ubi reperi, mihi dubia — S. Heuffeli constanter crescit in rupib. calcareis An nos. potius idem cum planta Kopaonikensi?

Sempervivum blandum Schott Proximum videtur S. tectorum. Rosulas habet virides, maximas cultura in diametrum ultra semipedalem excrescentes.

Sempervivum Zelebori Schott. Est planta, credo, genuina, in Serbia ab itineratore Jol. Zelebor, nunc adjuncto in museo caesareo, A 1856 reperta ac a Schott in Öster. bot. Wochenblatt No 31 A. 1857 descripta. E stelliflori affinis ob petala flava ac stamina purpurea S. ruthenico Koch et S. grandifloro Haw; hoc videtur differre secundum exemplaria culta e meam Cl. E Hampe petalis ac foliis longioribus angustioribusque, primum statura multo proliviore nec aliter. C. Požarevacensi. Crescit copiose in rupestribus calcareis M. Vukan Flor. Jul.

Unde Schott habuerit exactius non notat.

Posset ut planta exclusive serbica in nostris decadibus illustrari, sit, ut superius indigitabam, a ruthenico ac grandifloro revera diversum!

De aliis Sempervivis a me in itinere peracto, minutioris observationibus moram non concedenti, collectis, judicium pro futuro reservo ubi eis in hortum transplantatis ac egregie jam crescentibus studuerim. Id ipsum valet de aliis quibusdam dubiis speciebus quorum tantum singula exemplaria aut semina colligere fas erat uti: Salvia argentea L., Allium prob. callidictyon. A. prob. saxatile Ranunculus prob. psilostachys Gr. Onosma rigidum Led. Cerastium campanulatum. Luzula spec. Cytisus ponticus. C. microphyllus Boiss. Seseli spec. Dianthus prob. pinifolius Tragopogon spec. etc. quos colere ac attentius observare in animo est.

4 Octobris 1860

Belgradi

Dr. Pančić